magis ita deum obedientiam pol-
liceri ut si eum abbas in igne-
(m) ire preceperit non se cunctaret
intrare. Cuius illius professio-
nem ubi magister accepit
non cunctatus probare. Con-
tigit casu clibanum propter
ardebat qui multo igne
succensus coquendis panibus
parabatur. Exundabat ab-
ruptis flamma fornacibus
et intra camini illius con-
caua totus habens regna-
bat incendium. Hoc igitur ad-
uenam illum iubet magister
intrare. Nec distulit parere
precepto medias flammas
nichil cunctatus ingreditur.
Cuius mox tam audaci fide
iuncte velud illis quondam
hebreis pueris cessere ve-
menti superata natura et
fugit incendium. Et qui pu-
tabatur arsurus velut frigi-
do rore perfusus se ipse
miratus est. Sed quid mirum
si tum tempore tyrone ignis
ille non attigit ut nec
abbatem pigeret dura man-
dasse nec discipulum pen-
teret imperio paruisse.
Cui eo quo aduenerat
die dum temptaretur in fir-
mus perfectus inuentus

est. Merito felix merito glo-
riosus probatus obedientia
glorificatus est passione. xiij
In eodem autem monasterio
factum id quod dicturus sum
recenti memoria ferebatur.
Cuius inde adeundo abba-
tem recipiendus aduenerat
Eam prima ei lex obedi-
entie poneretur. ac perpetem
polliceretur ad omnia vel
extrema patientiam casu abbas
storacinam virgam iam pridem
aridam manu gerebat. Hanc
solo fixit atque illi aduene
id operis imponit ut eam dum
virgule aquam irriguam mi-
nistraret donec quod contra
rerum natura erat lignum
aridum in solo arente viui-
sceret. Subiectus aduena
dure legis imperio aquam
proprijs humeris cotidie
conuehebat que amplo flu-
mine per duo ferme milia
petebatur. Iamque emenso
anni spacio labor non cessa-
bat operantis et de fructu
operis spes esse non poterat.
tamen obedientie virtus
in labore durabat. Sequens
quoque annus vanum labore

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20249v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20249v)